



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus Episcoporum Hildesiensium

Letzner, Johannes

Hildesheim, [ca. 1690]

XXXIX. Joannes III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64252)

peracta inter pagos Dincklar & Varmiffen. Gerardus verò voti aut promissi reus, ex pecunia lytri nomine soluta, turrim choro imminentem, laminis inauratis stravit: emptâque suburbanâ areâ, P.P. Carthusianis eximiis B.V. cultoribus habitaculum struxit, quod Claustrum S. MARIE appellari voluit Anno 1388. Arces Steinbrücken & Cöldingen uti & castrum Vinenburg cum adjuncto territorio à Comite de Wernigerode coemptum, Dicecesi adjecit. Ætate denique grandior, adlecto Coadjutori Joanni Comiti de Hoja Episcopo Paderbornensi 19. Præfecturas reliquit, felicem æternitatem ingressus Anno 1398. 15. Novembris. 34. Episcopatus: in templo Carthusiæ suburbanæ à se constructæ & dotata, ut optarat, sepultus.

XXXIX. JOANNES III. Cujus præcipua laus, quod Ottoni Monasteriensi Episcopo fratri suo armorum gloriâ & amore haud impar fuerit: cæterum vitiiis & deliciis addictus, præfecturis & aliis bonis Episcopalibus aut oppignoratis aut alienatis, in omnium odium dejectus, inglorius decessit, postquam 26. Annis pessimè præfuisset Anno 1424. in Cathedralis Ecclesiæ navi tumultatus.

XL. MAGNUS Patre Erico Duce inferioris Saxonie & Lawenburgi natus, Episcopus Caminensis, primum Coadjutor, deinde Episcopus Hildesienfis, summâ cum lætitiâ exceptus, singulari humanitate affabilitate & mansuetudine omnium animos sibi devinxit: arces nonnullas instauravit & ære alieno liberavit, omniaq; in pristinum statum reponere studuit, ac prædones repressit. Ejus suasu, Borchardus Steinhoff

ca-